coguntur aliquid agere: per quod vel ad bonum vel
ad malum perueniant finem. Gubernaculo
quo huiusmodi naues circumferuntur ubi
impetus dirigentis uoluerit. ipsa cordis
intentio qua electi transgressis huius
saeculi fluctibus felicem patriae caelestis portum
adtingunt. Ita et lingua modicum quidem
membrum est. sed magna exaltat. Magna utique
praemia exaltat. si eam impetus animi dirigentis
bene gubernarit. iuxta illud salomonis.
quia intellegens gubernacula possidebit.
Vitam ergo exaltat. si bene docet aeternam:
mortem aeternam: si praue. Ecce quantus
ignis quam magnam siluam incendit. Quantus
dicitur quam modicus. Denique et quidam codices
sic habent. Ecce modicus ignis. Sicut enim